



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXII. Kaiser Friedrich beauftragt den Patriarchen von Aquileja, den Bischof
von Bamberg, den König von Böhmen, den Landgrafen von Thüringen,
einen von den beiden Markgrafen von Brandenburg und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tramus de Swaneberch, Burchardus de Irckesleue, Engilhardus de Hvectorp, Engilboldus et Johannes filii ipsius de Slevenitz, Luidgerus et Theodoricus et Henricus de Weddighe, Johannes de Haldegestorp. Acta sunt hec in Salbeke iuxta pontem. Anno Incarnationis Domini M^o. CC^o. XXXIII. Indictione sexta. Idus Octobris, Regnante Imperatore Fritherico.

Nach dem Abdrucke in Paul Jacob Bruns, Beiträge zur kritischen Bearbeitung unbemerkter alter Handschriften, Drucke und Urkunden St. I, S. 119—122 aus einer dem Herausgeber von Kinderling mitgetheilten alten Copie, worin aber statt Gozwinus de Boicenebure gelesen war Comites de Boicenebure.

XXII. Kaiser Friedrich beauftragt den Patriarchen von Aquileja, den Bischof von Bamberg, den König von Böhmen, den Landgrafen von Thüringen, einen von den beiden Markgrafen von Brandenburg und Albert oder Gebhard von Arnstein, wegen der Erbgrüter des Herzogs Heinrich, zwischen dem Kaiser und dem Herzoge Otto von Braunschweig schiedsrichterlich zu entscheiden, im September 1234.

Fridericus, Dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum pateat omnibus Imperii fidelibus, quod nos, ad supplices dilectorum Principum nostrorum instantias inclinati, quorum magna pars Celsitudini nostre sepius attentius supplicavit, et ad ultimum dilectum fidelem nostrum, Albertum de Arnstein, ad presentiam nostram in Italiam destinarunt, supplices magnificentie nostre per eum preces offerentes, ut Ottonem de Luneburch, fidelem nostrum, in plenitudinem gratie nostre assumere dignaremur, de innata Serenitati nostre clementia precibus eorum grato assensu occurrentes, cum zeli nostri maxime feruor exestuet, vt subiecti nobis populi per latitudinem Imperii pacis gaudeant vbertate, quidquid, inter Altitudinem nostram et presatum O. de patrimonio et proprietatibus Henrici Ducis, patris sui, que a primogenita filia sua comparauimus, vxore Marchionis de Baden, diffidie vertitur vel rancoris, ad arbitrium dilectorum Principum nostrorum, Patriarche Aquilegiensis vel fratris sui Episcopi Babenbergensis, Regis Boemie, Landgrauii Thuringie, alterius Marchionum de Brandenburg, A. vel G. de Arnstein, duximus referendum, committentes eorum fidei, vt de prescripta questione inter excellentiam nostram et eundem O. de plenitudine potestatis eis per nos collate taliter ordinent et componant, sicut vtriusque partis honori et commodo viderint expedire. Si autem aliquis predictorum eidem arbitrio non potuerit interesse; ceteri alium pro eo, quem voluerint, eligant et assumant, statuentes, vt eadem questio a futuro festo sancti Johannis Baptiste VIII^o. Indictionis vsque ad annum ad vltimum sit decisa; quidquid presati arbitri de causa jam dicta tractauerint, statuerint aut composuerint, ratum et stabile fideliter habituri. Ad cuius rei euidenciam presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt Frater H. Magister Domus Theutonum. L. et H. Comites de Vroburg. H. Comes de Greiffesbach. G. de Arnstein. C. de Hohenloh. O. de Stuzzelingen et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.

CC^o. XXX^o. III^o. , mense Septembri, Indictione VIII., Datum apud Montem Flafconis, anno, mense et Indictione prescriptis.

Nach Scheib, Origin. Guelfic. IV, 141, 142.

XXIII. Kaiser Friedrichs im Rathe der Fürsten, namentlich in Gegenwart beider Markgrafen von Brandenburg, getroffene Entscheidung der Angelegenheit des Herzogs Otto von Braunschweig Lüneburg, aus dem Monat August 1235.

— Huius rei testes sunt — (laici) — Otto dux Bavarie Comes Palatinus Rheni, H. dux Brabancie, A. dux Saxonie, B. dux Carinthie, M. dux Lotharingie, H. Lamrauius Thuringie Palatinus comes Saxonie, H. Marchio Misnensis, H. Marchio de Baden. J. et O. Marchiones de Brandeburch, H. Comes Senensis, H. Comes Barenfis, D. Comes Cleuenfis, H. Comes de Hanalt et alii quam plures. — Acta sunt hec anno Dominice Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense Augusti, octauae Indictionis, imperante Domino nostro Friderico, Dei gratia serenissimo Romanorum Imperatore, semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Rege, Anno Imperii eius sexto decimo, Regni Jerusalem decimo, Sicilie tricesimo octauo feliciter Amen. Datum Maguncie, Anno, mense et Indictione prescriptis.

Nach Scheib, Origin. Guelf. IV, 53.

XXIV. Die Grafen von Everstein verbinden sich, in Gegenwart beider Markgrafen von Brandenburg, dem Herzoge von Braunschweig, am 28. August 1235.

Sciunt vniuersi presentes et futuri, quod Otto et Conradus, Comites de Euerstene, fide promiserunt Duci de Brunelwic et omnibus adiutoribus suis et tactis reliquiis iurauerunt firmam compositionem et perpetuam amicitiam, pro qua obseruanda posuerunt obsides vterque de filiis suis vnum. Decem ministeriales eorum fecerunt Duci et heredibus suis fidelitatem, ita, quod si ex parte Comitum predictorum violata fuerit compositio et infra octo septimanas, postquam communiti fuerint, non satisfecerint, vt tenentur, obsides illi duo manebunt captiui Ducis et ministeriales decem ei et suis heredibus remanebunt, et decem Vasalli eorum, bona sua, que ab eis tenent, recipient tunc a Duce. Geuehardus de Arneften fide data promisit cum Comite Hermanno de Woldenberg, quod si filius Comitis Ottonis obses effugerit, Duci eum restituet et reducent, et predictus Geuehardus tam diu stabit in hoc promisso, donec dedixerit illud Duci. Item promisit ipse data fide, quod si predicti Comites C. et O. violauerint compositionem istam et super hoc communiti non emendauerint infra octo hebdomadas, ipse adiutor Ducis erit fideliter contra eos. Eandem etiam compositionem pro omnibus fratribus et Comitibus de Euersten firmiter seruandam fide data promiserunt Comes Hermannus de Woldenberg et filius suus Borchardus, Comes Henricus de Woldenberg, Comes Geueardus de Werningerode, Albertus et Wolterus fratres de Arneften, Comes Fridericus de Biche-